

Franz Albert Aepinus

**Viri ... Dn. Georgii Melchioris Schwederi, Icti ... Reipubl. Rostoch. Consulis ...  
Præmaturum obitum lugenti Filio felicissime amulo, Nobilissimo atque  
Clarissimo Domino Dn. Joanni Matthæo Schwedero, Philos. ac u.j. Cultori  
solertissimo : [Scr. Rostochii Anno 1707.]**

[Rostock]: Literis Schwigerovianis, [1707]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774555629>

Druck Freier  Zugang




**Grapius, Z.,**  
in  
**G. M. Schweder.**

**Rostock, 1707.**

2
















**VIRI**

Magnifici, Præ-Nobilissimi, Consultissimi,  
atque Amplissimi,  
**DOMINI,**

**D<sup>n</sup>. GEORGII MELCHIORIS  
SCHWEDERI,**

Jcti Fulgidissimi, Reipubl. Rostoch.  
Consulis Primarii longè Gravissimi, nec non  
Illustr. ac Nobiliss. Statuum Ducatus Mecklenb. Syndici  
Dexterrimi pariter ac Desideratissimi,

Præmaturum obitum lugenti

*Filio felicissimè amulo,*

Nobilissimo atque Clarissimo

**DOMINO**

**DN. JOANNI MATTHÆO SCHWEDERO,**

Philos. ac u. j. Cultori solertissimo





**U**T optimum Parentem Tuum, Virum omnes meas, quantumvis maximas, laudes longè superantem, præter omnium expectationem contraque bonorum quorumcunque vota diem obiisse suum, ad aures meas pervenit, *SCHWEDERE* æstumatissime! obstupefactum me ac contristatum valdè esse confiteor. Et quantum Tibi enatum inde doloris sit, conjectare hinc difficile mihi non fuit. Novi, quanto amore quantâque reverentiâ, ceu ingennum id Filium decet, B. Tuum Parentem prosequutus semper fueris. Neque ignota mihi fuit paternæ Ejus Tuâ pro salute cura. Biennium, & quod excurrit, elapsum exinde jam est, quando eam Is in tenuitatem meam fiduciam posuerat, ut Studiorum Tuorum curam, post alios, mihi demandaret. Intelligebam tum Ejus ex ore, nihil Ipsum optare magis, quam ut Te, unicum à providentiâ divinâ datum sibi Filium, *SCHWEDERIANI*, sane Celeberrimi, Nominis olim propagatorem, eâ instructum doctrinâ, quâ DEO Reique publicæ inservire posses, adeoque Se Patrem Te Filio, Teque Filium Se Patre dignum cerneret. Huc omnia ejus collimabant vota, huc omnes curarum intendebat nervos. Nunc verò tanto Tui amantissimo Patre, tam provido rerum Tuarum Rectorè orbarus, eheu! vivis, cujus paternis, quæ omnium certè fidelissima sunt, consiliis posthac carere Tete oportebit. Quisquis igitur similia Tecum deplorare fata habuit, Tuum, qui Te angit, moerorem conjecturâ perfacili assequetur. Ast non privatus solum, quem casus istè attulit, dolor est; quin se in publicum diffandat, multorum sanè animos afficiens. Universa enim illacrymatur Varniacâ hæc Respublica, luget Curia, contristantur Cives, suumque Caput deplorant. Egregia fuere B. Viri & vel ad invidiam magna merita, non in Rostochiensium duntaxat Civitatem, sed omnem etiam Provinciam, ejus complures per annos summâ cum laude sustinuit, quem dicunt, Syndicatum. Quandoquidem igitur singulis in officiis suis, quæ Ejus erat



erat conjuncta sororio vinculo cum humanitate prudentia, talenti  
Se præstitit, qualem Eum futurum judicaverant, omnium Sibi  
conciliaverat amorem, omnem promeritus favorem erat, ut, qui  
SCHWEDERO non bene cuperet, bonorum fuerit nullus. Quò  
autem majori habitus in pretio fuit, eo ardentius sui desiderium  
mortuus omnium in animis reliquit, ut nemo tam ab ipso fuerit  
aversus, quin Ejus obitum lacrymarit. Nec arbitrere, velim, A-  
mice Svavissime! minorem me ex immaturo isthoc à nobis di-  
scellu concepisse dolorem. Tu quidem Parentem desles: atta-  
men & ego Patronum Eummet ipsum lugeo certissimum maxime-  
que mihi benevolum. Cujus certissima indicia cum mihi sint, a-  
deo affectus jam sum, ut obortam mihi tristitiam consopendi mo-  
dum ne nunc quidem noscam. Interim acquiescendum nobis in  
DEI voluntate erit, quam penes arbitrium est rerum humanarum.  
Meditanda hæc Tibi cum primis, Amice! in communi luctu sunt.  
Suorum videre funera non levis, fateor, dolendi, lugendi, tristandi, la-  
cry mandi causa est; non exiguum tamen superstitibus afferre solati-  
um valet, sicubi & de salute defunctorum certi esse possunt, &  
Nominis ipsos post se gloriosam reliquisse famam, norunt. U-  
trumque B. Parenti Tuo contigisse, cur quisquam dubitet, non est.  
In hac enim mortalitate Salvatori suo, imò & nostro, adhæsit fi-  
de verâ firmâque, quin, & in agone mortis amplexus eundem  
est. Ecquis igitur, beatam immortalitatem ipsum consecutum,  
non affirmaverit? Nec, Ejus in Rempublicam meritorum laudes  
qui canant, deerunt. Loquentur easdem, tacentibus licet homi-  
nibus, vel ipsi Curia nostræ parietes, & sera, si futura quæpiam  
est, grata posteritas illas deprædicabit. Quæ cum ita sint, tantum  
abest, ut sit, cur diutius plores, ut potius requiem à laboribus cor-  
pori, & coelestia gaudia animæ B. Patris Tui gratulari habeas. Me  
interim quod attinet, Supremum rerum omnium Rectorem sup-  
plicibus invoco precibus atque flagito, velit SCHWEDERO similem  
præficere concussæ Reipublicæ, Vestraque Splendidissimæ Domui  
ipse præesse Pater benignus. Effundat ille super Ipsam Spiritum  
solatii sui, sic Tuos Tuorumque & quotquot luctuosissimus hic

Ca-



casus propius attingit, dolores efficacissimè imminutum iri spero atque confido. Interea Tu, Optime *SCHWEDERE!* fac, quæ à Te speraverat Beatus nunc Parens Tuus, gaudia honoratissimæ Tuæ Genitrici, quæ vivum omnipium Christianarum virtutum exemplar Tibi præluceat, duplici in mensurâ crees. Non permittes, spero, nec spero solùm, sed, quæ optima est indolis tuæ bonitas, firmiter etiam persuasum mihi habeo scioque, non, inquam, permittes, Celebratissimum *SCHWEDERORUM* Nomen in Tete decremента passurum esse. Parentem itaque Tuum, fac, non imiteris modò, sed & æmuleris, ut in Filio quoque Consulem suum meritissimum Rostochium veneretur. De cetero favore Tuo ac amicitia, quod facis, ulterius me prosequere, ac cum omnibus Tuis in DEO felicissimè vale,

Fulgidissimæ *SCHWEDERIANÆ*  
Famliæ

Scr. Rostochii

Anno 1707.

*Cultor observantissimus,  
Tuusque ex animo*

**FR. ALB. ÆPINUS.**

---

Literis *SCHWIGEROVIANIS* ipso exequiarum  
die, d, 26. Januarii.)





















**U**T optimum Parentem Tuum, V  
as, quantumvis maximas, laud  
tem, præter omnium expectati  
bonorum quorumcunque vota  
um, ad aures meas pervenit, S  
tumatisime ! obstupefactum  
tum valdè esse confiteor. Et quantum Tibi ena  
sit, conjectare hinc difficile mihi non fuit. Nov  
quantâque reverentiâ, ceu ingennum id Filium  
Parentem prosequutus semper fueris. Neque igr  
terna Ejus Tuâ pro salute cura. Biennium, & q  
psum exinde jam est, quando eam Is in tenuitate  
am posuerat, ut Studiorum Tuorum curam, po  
mandaret. Intelligebam tum Ejus ex ore, nihil  
gis, quam ut Te, unicum à providentiâ divinâ d  
*SCHWEDERIANI*, sane Celeberrimi, Nominis  
rem, eâ instructum doctrinâ, quâ DEO Reique  
posses, adeoque Se Patrem Te Filio, Teque Fili  
gnum cerneret. Huc omnia ejus collimabant v  
curarum intendebat nervos. Nunc verò tanto T  
Patre, tam provido rerum Tuarum Rectore orba  
cujus paternis, quæ omnium certè fidelissima sur  
hac carere Tete oportebit. Quisquis igitur similia T  
fata habuit, Tuum, qui Te angit, moerorem conje  
sequetur. Ast non privatus solum, quem casus iste  
quin se in publicum diffandat, multorum sanè anim  
versa enim illacrymatur Varniaca hæc Respublica, l  
tristantur Cives, suumque Caput deplorant. E  
Viri; & vel ad invidiam magna merita, non in  
duntaxat Civitatem, sed omnem etiam Provinci  
plures per annos summâ cum laude sustinuit, qu  
dicatum. Quandoquidem igitur singulis in offic

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
W  
X  
Y  
Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xxymaster.com  
VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
Focus  
O  
Balance  
Q  
R  
S  
T  
U





erat conjuncta fororio vinculo cum humanitate prudentia, talem  
 Se præstitit, qualem Eum futurum judicaverant, omnium Sibi  
 conciliaverat amorem, omnem promeritus favorem erat, ut, qui  
 SCHWEDERO non bene cuperet, bonorum fuerit nullus. Quò  
 autem majori habitus in pretio fuit, eo ardentius sui desiderium  
 mortuus omnium in animis reliquit, ut nemo tam ab ipso fuerit  
 averfus, quin Ejus obitum lacrymarit. Nec arbitrere, velim, A-  
 mice Svavissime! minorem me ex immaturo isthoc à nobis di-  
 scessu concepisse dolorem. Tu quidem Parentem desles; attam-  
 en & ego Patronum. Ipsum lugeo certissimum maxime-  
 que mihi benevolentissimum. Tristissima indicia cum mihi sint, a-  
 deò affectus jam mihi tristitiam consopendi mo-  
 dum ne nunciam acqviescendum nobis in-  
 DEI volu- tum est rerum humanarum.  
 Medit- itur communi factu sunt.  
 Sup- andi, lugendi, tristandi, la-  
 tristitibus afferre solati-  
 erti esse possunt, &  
 m, norant. U-  
 lubitet, non est.  
 nostro, adhæsit fi-  
 nis amplexus eundem  
 tem ipsum consecutum,  
 publicam meritorum laudes  
 easdem, tacentibus licet homi-  
 arietes, & sera, si futura quæpiam  
 est, grata prædicabit. Quæ cum ita sint, tantum  
 abest, ut si plures, ut potius requiem à laboribus cor-  
 pori, & coe- dia animæ B. Patris Tui gratulari habeas. Me  
 interim quod, Supremum rerum omnium Rectorem sup-  
 plicibus invoco precibus atque flagito, velit SCHWEDERO similem  
 præficere concussæ Reipublicæ, Vestræque Splendidissimæ Domui  
 ipse præesse Pater benignus. Effundat ille super Ipsam Spiritum  
 solatii sui, sic Tuos Tuorumque & quotquot luctuosissimus hic

